Scriptura igitur sacra, propria Servatoris, visibilem
hunc mundum vocante, ~~et~~ eumque per ipsum factum esse praedicante
et nullum alium, sed omnino hunc ipsum esse, qui in mundum
~~venient~~ venientes illuminet, asserente: quomodo non abhorrent crea-
turae hae haeretica et Mali Principii filii, alium nobis
obtrudere visibilis mundi creatorem, alium vero qui in
mundum venientes illuminet; quem ~~tantum~~ intelligibilis tantum
creaturae auctorem faciunt? ~~quod~~ Atque hoc absurdum ~~[illegible]~~ ex aliis quoque argumentis ostendi atque manifestari potest.
Si enim terrestria haec sunt a Malo, quomodo sustinuit ~~[illegible]~~
fructibus, quos opus illud Mali protulerat, alias ex quinque
panibus, alias ex ~~[illegible]~~ septem multa hominum millia ~~[illegible]~~ saturare?
Quanto enim rectius, et Deum decentius modo ~~[illegible]~~ fuisset
~~[illegible]~~ non ex fructibus alienis, sed ex ~~propriis~~ suis creaturis Audi-
tores suos nutri~~[illegible]~~re! Imo vero quomodo plane cibum et potum
ipsis subministra~~[illegible]~~vit, quae fructus ~~essent~~ erant operum Mali illius Dei?
Porro, quomodo oculos ~~[illegible]~~ restaurans caeco, non ex alia
materia, sed ex terra et aqua, quae a Malo Principio erant,
visum renovavit? tamen non cum ipse suo laudem
communicans ita, ut illi potissimum in hoc opere concederet,
ipse vero partem ex alia materia (quasi propria ipsi deesset) acciperet
atque, qui ~~etiam~~ aliena creatura erant, restitueret ~~[illegible]~~. Sed et simul aliud
haec certe miserrimos ad pudorem et meliores mentem redigere
~~potest~~, quod revera ~~[illegible]~~, qui oculum ex limo formavit, ille ipse est,
qui in principio totum hominem ex terra formaverat.
Cujus enim materia est pars, ejus est et totum, et
quem opificem totum ~~habet~~ habuit,

eundem